



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679


I. Disputatur de Osea.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IV.

233

tem perirent. At cum R. Isaac Aramah, Præfatione in Canticum, Synagogæ magnæ Magistris libri Duodecim Prophetarum scriptiōnem videtur tribuere, sic intellige, quodam è Prophetis illis fuisse de numero Sapientum Synagogæ hujus, Aggœum videlicet, Zachariam, & Malachiam; totum vero Consētūm prophetias horum Duodecim in unum volumen composuisse.



DE PROPHETIA OSEE.

I. *Disputatur de Osea. II. Probatur Prophetia Osee
yrrorū & antiquitas.*

I. **P**ROPHETARUM Duodecim, qui Minores appellantur, sed & majorum *Disputatur* etiam quatuor primus cenfetur Osee, quippe qui primus omnium *oʒyʒd-* de Osea. *yav* futura prædicere aggressus fit, Oziæ, Joathanis, Achazi, & Ezechie, regum Juda, Jeroboami vero, filii Joas, regis Israël temporibus. Hoc inter suos munere funetus est per longissimum annorum decursum, quos ad nonaginta proferunt Ebrai; prondeque ad summam vixerit senectutem: adeo ut Israëlitici regni, teste Hieronimo, futuram prænuntiaverit cladem, & luxerit ingruentem, & præteritam ad emendandum Judam commemoraverit. Tribus Isachar oriundum fuisse à Pseudo-Epiphio & Pseudo-Dorotheo traditum est; oppido Bethsèmes, non ut apud eos mendose legitur, Belemoth, quemadmodum à Drusio observatum est; patre Beeri, non Beera illo quem captivum abduxit Thelgathphalnasar, & cuius meminerunt Paralipomena, ut opinantur Ebrai: nam præterquam quod nomina discrepant, cum hic sit בָּבֶרְיָה, Propheta Isacharites fuit, ut dixi, alterum vero principem Rubenitarum fuisse Paralipomena indicant.

II. At vaticinii hujus auctorem se ipse declarat Osee tertio capite, sic de se dis- *Probatur* serens *ἀντιποτίστος*: *Et dixit Dominus ad me: Aduce vade, & dilige mulierem dilectam prophetiæ amico & adulteram: tum: Et fodì eam mihi quindecim argenteis: deinde: Et dixi ad Osea yrrorēam, Dies multos expectabis me. Inde porro plurima sumissile Jeremiam deprehendimus: ms & anti-* *quidat.* *Et cessare faciam omne gaudium ejus, solenni- tatem ejus, neomeniam ejus, sabbatum ejus, & omnia festa tempora ejus: sic eadem re- sponsi & vocem sponsi: in desolatione enim erit terra; que bis, tertioque repetit. Ea quo- que ita repræsentavit Ezechiel: Et quiesceré faciam multitudinem cantiorum tuorum, & sonitus cithararum tuarum non audiatur amplius.* Talibus convitiis Hierosolymitanam Synagogam incesserat Osee: *Et hoc nescivit quia ego dedi ei frumentum & vinum & oleum, Oe. 1. 8.* & argentum multiplicavi ei, & aurum, que fecerunt Baal: *hæc ipsa ei objicit Ezechiel: Ezech. 16. 16,* *Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa, hinc inde confusa, & fornicate es super & levi- tate, scit non est factum, neque futurum est. Et tulisti vase decoris tui, de auro meo atque argento meo, que dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicate es in eis. Et sumisti vestimenta tua multicoloria, & operasti illa; & oleum meum, & thymiana meum posuisti coram eis. Et panem meum, quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enu- triovi te, posuisti in conspectu eorum, in odorem suavitatis, & factam est, ait Dominus Deus. Reliquum Ezechielis caput, si quis cum Osea secundo confluxerit, paria omnia deprehendet: utробique enim Hierosolyma acerrimis verbis castigatur propter impios idolorum cultus, qui adulterii & spurci amoris nomine adumbrantur; poenæque olim infligendæ, atque iis demum toleratis venia scelerum condonanda, novumque san- ciendum feedus præsignificantur. Similis sunt argumenti, quæ extant vicesimo tertio capite Ezechielis, atque hæc potissimum: *Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te, thymiana meum, & unguentum meum posuisti super eam. Ita quoque Osea: Oe. 3. 5.* *Et post hoc revertentur filii Israël, & querent Dominum Deum suum, & David regem suum:* *hæc Jeremias pepererunt: Non dominabuntur Jacob amplius alieni, sed servient Domino Jer. 30. 8, 9.* *Deo suo, & David regi suo: & hæc quoque Ezechielis: Et suscitabo super eas pastorem Ezech. 34. 23,* *unum, qui pascat eas, servum meum David: ipse pascat eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & servus meus David princeps in medio eorum. Ex hoc denique Osea: Et adducet urentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & siccabit Oe. 13. 15,* *venas ejus, & desolabit fontem ejus, & ipse diripiet thesaurum omnis visus desiderabilis:* *manifesto hæc Ezechielis expressa sunt: Et ventus urens siccavit fructum ejus: matue- Ezech. 19. 12.* *runt, & arefactæ sunt virge roboris ejus: ignis comedit eam: & nunc transplantata est in desertum, in terra invia & sitiens.**

Gg